

ANNOTATA

V. 20. Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος.
 Quasi Judæus essem, nempe religione. Exemplum vide Act.
 XXI. 23. 24. 25. 26.

Τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον.
 Quasi profelytus essem. Profelyti enim legi se subiciebant.
 Exemplum hujus rei vide Act. XVI. 3.

Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἀνόμιος.
 Ἀνόμοι hic dicuntur, οἱ νόμον μὴ ἔχοντες Rom. II. 14. id est,
 quibus lex Moÿsis data non est, quales erant omnes extra Israeli-
 tas & profelytos. Exemplum hujus rei vide Act. XVII. 22. Gal. II.
 3. 14.

Μὴ ὡς ἀνομιῶν θεῶν, ἀλλ' ἐνωμιῶν χριστοῦ.
 Hanc parenthesis addidit, ne quis vocem ἀνομιῶν malè in-
 terpretaretur. Nam alio sensu dicuntur ἀνομοί, qui pro animi
 lubitu vivunt. Marci XV. 28. Luc. XXII. 37. Act. II. 13. 2. Thess.
 II. 18. 1. Tim. I. 9. 2. Petr. II. 8. Dicit ergò se legem habere nempe
 Christi, & secundum eam vivere. Sic ἐνωμιον βίωσιν dixit Sira-
 chides. In Manuscripto θεῶν & χριστοῦ in Genitivo pari sensu. Et
 sic legere Græci, qui ad hunc locum scripserunt.

Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής.
 Tanquam novitius ac tener in fide.

Τοῖς πάνσι γέγονα τῷ πάντι.
 In omnes formas me verti, prout ferebat utilitas eorum
 quibuscum mihi res erat. Prudentis est non inherere τοῖς καθ' ὅλας,
 sed spectare τῷ καθ' ἕκαστα.

Τὸτο δὲ ποιεῖν διὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα συνκοινωνός αὐτῶν
 γένομαι.

μετῶνυμία, ut particeps Evangelii fiam, id est præmii ejus,
 quod in Evangelio promittitur. Sic βραβεῖον Syrus hic dixit vi-
 ctoriam.

Quod v. 19. omnibus omnia factus sit, non attemperando
 se omnium voluntati, sed condescendendo infirmitati, quantum
 pietas permittebat, explicat Augustinus ep. IX. & XIX. non menti-
 endo, sed compatiendo; non simulantis astu; sed commiserantis
 affectu omnibus omnia factus est Paulus, Judæis factus quasi
 Judæus